

In altera.

Augustus cernitur aperto capite, leuo obtutu,
cum adiecto nominis decore. CAESAR IMP.
III VIR. R. P. C. Nummus hic argenteus
Romae apud D. Achillem Maphæum a signi
à me est visus.

In una parte.

4. M. Lepidus effigiatus est, uelatus capite, leuo
obtutu, cum nominis elogio. M. LEPIDVS.
PONT. MAX.

In altera.

Ara elegantè sculpta, fertis ornata Lemnif-
catis, ac aquila, medio loco est inter acerram
sacram (ex ea uerbena, aut myrthæ ramu-
lus excrescit) trullam, aspersorium, securi,
cui infixum est aprinium caput, lituum, cul-
trum, patinam. In eius mensa (sympu-
nium. Suprà Allogalerus. Ut nihil
desideres, quod ad religionem antiquorum
faciat, uel Summi Pont. Authoritatem ac
officium. Suprascriptio. CAESAR. IMP.
III VIR. R. P. C. infrà. M. AN. IMP. COS. III. DES.
ET III VIR. R. P. C. infrà. S. C. Nummum
hunc ita rarum nobis monstrauit
Romae amicus noster D. Alexand. Oruius.

TERTIA IVNIA, Marcij Lepidi uxor,
ex qua ei natus M. Aemilius
Lepidus.

M. Antonij